



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censuris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

5 Lex ante tempus a Legislatore praescriptum non ligat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

DECISIO III. Dub. 2.

Ignorantia inuincibilis in foro conscientiarum, ex solo dicto rei dicentis se iuste ignorasse, consistere potest; Arg. ca. Humanarum aures, 2. q. 5. qualis etiam in foro exteriori presumitur, donec scientia probetur. c. Presumitur, de reg. iur. in 6. Probari etiam potest ignorantia iusta vel per iuramentum. Passoralis, de except. & c. si vero, 2. de sent. excom. cum que in animo sunt, aliter probari aliquando non possunt: ca. Significasti, 1. de homicid. vel probando aliquid quod necessario consequitur ignorantiam, quia scilicet in fano erat, aut furiosus: c. Madusus, 3. q. 9. c. cum dilectus, de iur. ab intest. vel probando aliquid, quod verisimiliter ignorantia consequitur, ut probando absentiam. ca. si qui inatr. accusa. non pos.

DECISIO IV. Dub. 3.

Scientia legis que ad ligandum sufficit, non est necessaria, ut talis sit que nascitur ex notitia intuitiva alicuius, quinque sensum: Neque sufficit quilibet auditio, & relatio, aut credulitas, quod lex illa in Curia promulgata sit, sed requiritur ut sciatur lex illa promulgata in Curia, & facta, & recepta a maiore parte populi, cuius ipse pars est; lex enim iuste promulgata non ligat si maior pars eam non recipiat.

DECISIO V. Dub. 4.

Lex ante tempus a legislatore prescriptum neminem ligat, cum lex maiorem virtutem illa non habeat, quam legislator illi tribuit; Arg. c. fide reg. iur. in 6. Soler autem exprimere tempus, quo vult ut lex sua ligare incipiat: cap. cum singula, de preb. in 6. Quod si lex dicat, ut liget ex nunc, ab ipso tempore promulgationis ligabit scientes, ex Glo. in Clem. 2. de heret. & etiam iuste ignorantes, quoad irrationem actus; ex Panor. in cap. 2. de consuet. licet non quoad peccatum.

DECISIO VI.

Ex Principis inferioris a die scientie subditos ligat, cum nullo iure cautum sit, ut legis Principis inferioris vinculum differatur; Ad presumendum autem scientiam, quoad forum exteriori, tempus videtur arbitrium. Panor. in c. 2. nu. 8.

DECISIO VII.

Quamuis solo iure scripto attento, princeps non videatur ligare ante lapsum duorum mensium, & scientes eam factam & promulgatam. Glo. in data sexti; ita tamen, ut lex promulgata in Curia Principis non ligat Provinciales, hoc est, subditos extra Provinciam, ubi est Curia, de gentes etiam post duos menses a publicatione facta in Curia, donec per Gubernatores Provinciarum in eorum Metropolitibus promulgetur; Ioan. Andr. in glo. data Sexti, & Ceter. 1. 2. q. 90. ar. 4. De stylo tamen, & consuetudine non solum Curie Romanae, sed etiam Imperatoris, & aliorum Regum seruari videtur, ut lex liget omnes etiam Provinciales post duos menses a publicatione legis in Curia facta, & locis ad id prescriptis, atenta tamen distantia provinciarum, & qualitate legum, & frequentia hominum in locis provinciarum habitantium in Curia, & ad eam venientium, & redeuntium ab ea, ut iudicari probabiliter possit legis promulgationem ad eorum notitiam peruenisse; Ita S. Tho. 1. 2. q. 90. art. 4.

DECISIO VIII. Dub. 5.

Lex, antequam recipiatur, saltem per maiorem partem civitatis, cuius pars est transgressor, non ligat, cum legislator illam sub conditione ferre presumat, si recipiatur saltem per maiorem partem: S. Leges. d. 4. & l. de quib. ff. de legi. Fel. in cap. 1. de treuga & pace & Nau. in Manual. cap. 23. num. 41. quia enim lex communem respicit utilitatem, cetera autem lex, dist. 4. non videtur legislator velle unum, vel alterum ligare ad seruandum, quod alij consubditi non seruant, nec seruare incipiunt: Ita S. Tho. 1. 2. q. 96. ar. 6. & 2. 2. q. 147. art. 3. Neque peccat primi non seruantes, & non recipientes legem iuste promulgatam, si

sciente id superiore, & potente cogere, & non cogente seruare, non seruant: eo quod videtur superior eam suspendere, vel tollere. Glo. in c. 1. de treuga, & pace, & Panor. & Felia. ibi.

DECISIO IX. Dub. 6.

Sicut lex non recepta ab eam scientibus non ligat, ita etiam & lex non recepta ab eam ignorantibus enervatur, cum iustior sit causa non obsequantium legi, eo quod eam ignorant, quam eorum, qui scientes eam nolunt recipere, nec illa vult: unde cum lex non recepta ideo obliget, quia non est vasa recepta, sic ignorata etiam non ligabit, cum ab istis nulla ratione recipi possit. l. de quibus, ff. de legibus.

DECISIO X. Dub. 7.

Tam lex a subditis non recepta, quam a Legislatore reuocata, in eo pares sunt, quod neutra vim obligandi habet; in alijs autem differunt, quod in casu priore extat lex, quamuis non liget donec recipiatur; in posteriore vero non extat lex, nec recipi potest: & lex iam lata, & promulgata, non denuo reuocata, quamuis a principio non recipiatur a subditis, potest tamen postea mutata voluntate eorum recipi, quia substantia eius durat: reuocata vero minime nisi denuo a Legislatore feratur, eo quod iam substantia eius perijt, quod autem est extinctum, reuiuiscere non potest, nisi auctor potens illud denuo producat. l. Quae res, §. a ream, ff. de solut. e. Quam periculosum, 7. q. 1.

DECISIO XI. Dub. 8.

Concilij Tridentini decreta, quae ad mores, & reformationem spectant, & quae novum ius inducunt, non eos obligant, qui probabiliter ea ignorant: sed nec eos, qui ea sciunt, non quidem ea ratione, quod illa non sint promulgata, cum nullibi cautum sit ea promulgari debere in Provincijs ad hoc, ut vim habeant obligandi, excepto solo decreto illo de Matrimonio contrahendo posito a Concilio Tridentino, 24. ca. 1. de ref. Matrim. sed ea, quod in aliquibus Provincijs, aut Regnis, neque a principio, neque postea, sunt recepta; unde nec illorum Regnorum homines obligant.

DECISIO XII. Dub. 9.

Vllae diuersorum summorum Pontificum de poenis in non recitantes officium diuinum, de non habendo officio B. Virginis lingua vernacula, de Confessione, de Cambijs, Bulla etiam Cene Domini, & aliae, dummodo Romae publicatae sint, ligant omnes etiam longissime distantes, scientes eas esse Romae publicatas; adeo, ut non excusentur ex defectu promulgationis, quamuis ex defectu receptionis excusari possint.

DECISIO XIII. Dub. 10.

Poenitentem contra Bullam ex ignorantia probabiliter peccantem Confessarius, qui eam scit, nec admoneat, nec instituire tenetur, cum talis penitens nec peccet eam probabiliter ignorando, nec transgrediendo: ea. Quia circa de consang. Ad. 4. de confess. q. 7. post 5. q. unde absolueret potest contentem, quem videt ignorantia iuris humani probabiliter a peccato excusari, & praesertim, si suspicaretur eum de veritate monitum, illam non amplecturum. Sicut etiam Praelatus cum ignorantibus matrimonium suum inualide contractum, dissimulare potest, immo & debet, quando scandalum ex contrario facto nasci probabiliter timeret.

DECISIO XIV. Dub. 11.

Doctores legens siue ex officio, siue sponte, non tenentur docere legem quae non ligat illos incolentes Provinciam, in qua legit; potest tamen si velit, simul docendo rationem, quae eos ibi non ligat: quia nulla lege tenetur ad primum, nec alicubi a secundo prohibetur. Arg. c. consulti, 2. q. 4. & cap. 2. de translat. praelat.

DECISIO XV. Dub. 12.

Confessarius contentem tenentem opinionem, de qua ipse dubitat, immo si credat contrariam opinionem,